

De i Stralsund församlade rådmännen från hansestäderna meddelar (kung Håkan av Sverige och Norge) att man beslutat skicka sändebud till kungens borg Bohus för förhandlingar, eftersom kungen inte kommit till Stralsund i Tyskland, såsom han önskat, och att biskop Gotskalk (Falkdal) i Linköping kommit till brevutfärdarna i Stralsund och framvisat en fullmakt samt framlagt önskemål i kungens namn om en förhandling mellan utfärdarna och kungen den 8 eller 15 september innevarande år. Detta passade inte brevutfärdarna, eftersom de sändebud som skulle skickas till denna förhandling redan blivit bestämda för andra förhandlingar vid samma tid med andra herrar. I stället föreslogs den 1 eller 15 augusti. Biskop Gotskalk har meddelat att kungen vid denna tidpunkt kommer att vara upptagen med viktiga angelägenheter på en så avlägsen plats i Sverige att han inte kan närvara vid denna förhandling med brevutfärdarna. Därför föreslås för kungens övervägande ytterligare en tidpunkt för förhandling på Bohus efter närmast följande påskhelg, närmare bestämt på sankta Valborgs fest (1/5 1372), eller vid annan tid eller på annan plats. Med detta brev skickas även brev, beseglade med hansestädernas sigill, rörande fördrag mellan kungen och hansestäderna från föregående år (1370). Dessutom ber utfärdarna att kungen med brevföraren skall återsända det brev som överlämnades av städernas bud mer än ett år tidigare samt lämna ett kortfattat svar på föreliggande brev.

Brevet beseglas med rådets i Stralsund sigill.

Avskrift på papper i hs Ledreborg nr 6, fol. 80r, Ledreborgs slotts gårdsarkiv, Lejre, Danmark.

Tryckt: Hanserecesse II, nr 13.

Regest: Hans. UB IV, nr 391; Reg. Norv. VII, nr 138.

Om de stridigheter i Sverige som uppehöll kung Håkan sommaren 1371, se S. Engström, Bo Jonsson I (1935), s. 158 f.; jfr brev 1371 2/8 (DS X, nr 73) utfärdat i lägret vid Stockholm.

Jfr DS nr 8928 ovan.

Non sine magne jllustracionis, nobilitatis et dominacionis salutacione beniuolum multorum bonorum seruicij et beneplacitorum ad optatum. Vestre jllustri enunciamus dominacioni, quomodo nos maritime ciuitates generaliter fuimus nunc isto tempore in Sundis congregate in anteaque bene ind[a]gauimus,<sup>a</sup> qualiter voluistis ad [partes]<sup>b</sup> Theotonicas, videlicet Sundis, super idem tempus transuenisse.<sup>1</sup> Quare omnes sic congregate voluimus propter quosdam tractatus nonnulla verba vobiscum habuisse, si, velud sperauimus, transuenissetis. Si vero non transuenissetis, quemadmodum non peregistis, extunc bene concordauimus in eodem, quod nuncios nostros ad regnum vestrum, videlicet ad castrum vestrum Bahus, transmittendos iam ordinauimus causis pro eisdem, si potuissent vos ibidem inuenisse. Vnde tempore in eodem nobis omnibus in Sundis ita congregatis ad nos veniens reuerendus in Christo pater dominus Gotschalkus episcopus Lincopensis vestram quandam credenciam nobis presentauit, necnon vestri nomine fuit negociatus se libenter videre, quod quorundam placitorum terminum in festo Natiuitatis Marie virginis proxime venturo uel octo diebus postea vobiscum obseruaremus. Quem pronunc nequiuimus taliter obseruare ex hac ratione, quod illos<sup>c</sup> nuncios, quos libenter voluissemus vobis ad eundem terminum transmisisse obseruandum, iam [ad]<sup>d</sup> alia placita ordinauimus hoc predicto termino cum alijs dominis nobiscum in partibus celebranda, sed si placita prenotata potuissent super Assumpcione Marie virginis seu ante hoc per quindenam celebrasse, nostros nuncios ad illa placita obseruanda vobis misissemus. Super quo prenotatus episcopus nobis vltorius significauit vos fore in isto tempore ita remote in Swecia constitutum arduisque vestris negocijs occupatum, quod tunc huiusmodi placita non posset[is]<sup>e</sup> nobiscum attemptare. Quocirca preclaram vestram nobilitatem humiliter exoramus, quatenus illud, quod hec placita in isto termino per dictum episcopum requisito non potuimus visitare, ingratiuite dignemini nullatenus acceptare, sed alium placitorum eorundem terminum concipere dignemini post proxime pasche festum, scilicet festo Walburgis, in castro vestro Bahus, uel alibi vbi et quando vobis et nobis conuenerit, obseruandum; ad quem nostros nuncios protunc libenter dirigemus, ut, quantum melius poterunt, debeant vobiscum pro integra pacis vnione inter

nos et vos facienda fideliter laborare. Rursus sciatis, quod mittimus vobis presencium denarratorem cum hac littera presenciali eciam cum sigillatis nostrarum ciuitatum litteris super treugis per nuncios nostros in anno preterito vobiscum factis et conceptis loquentibus, supplicantes vobis multum caritatiue, quatenus presencium ostensori predicto easdem litteras, quas nuncij nostri per annum vobis presentarunt, restituere dignemini cum responso presentis littere expedito. Altissimus vos conseruet nobis precipiendo. Datum festo Natiuitatis beati *Johannis Baptiste* anni lxxprimi sub secreto consulum *Sundensium*, quo omnes equaliter vtimur per presentes.

Per communes consules ciuitatum maritimarum pronunc *Stralessundis* congregatos.

<sup>a</sup> *Så Hanserecesse, indigauimus ms.* <sup>b</sup> *Så supplerat i Hanserecesse, saknas ms.* <sup>c</sup> *Härefter överstruket ordinauimus ms.* <sup>d</sup> *Så supplerat i Hanserecesse, saknas ms.* <sup>e</sup> *Så supplerat i Hanserecesse, posset ms.*

<sup>1</sup> *Om bruket av perfekt infinitiv för väntad form i presens infinitiv här och i det följande se P. Stotz, Handbuch zur lateinischen Sprache des Mittelalters, Vierter Band (1998), s. 328 § 63.3.*